

1783

- *
1. Bornius : Commissarium iuri criminalis XI. Pro.
gramma, quo ordinarius stetior liberique assertores
fac. iur. memoriam Bornianam indicant.
- *
2. Silversterinus : Animadversio IV en iuri antiquo.
Programma, quo Titus imperatorum facultatem decas
seniores et reliqui assertores memoriam Silversteri-
nianam indicant.
3. Bauer, Henricus Gottlieb, fac. iur. procuratelli-
nus : De vasallo ad pecuniam, qua antecessor
debtam feudale solvit, ejus hereditatis undam
obligato. Programma, quo saltemnia Doctoriae super
I. Henrici Finselii invenit.
4. Bauerus, Henricus Gottlieb: Regular: si vincitur
centrum te, vincit te ipsum; prosperam in concursu
centrum tecum dari



1783.

5. Bauerus, Human. Scriptis: Pacto hereditatis renuncialis perfecto, ceteros renunciati legitimos heredes, renunciantibz rematrices, vel omnis non, vel in sola legitima adiunctis descendens esse.

6. Bergold, Iam. Gallab: De jure suundo calumniae sum generali, sum speciali utalendo.

7. Brienerus, Iuris Human. Gallab: Historia legum Visigothorum in regno Hispaniae vetera Spec. I: De legibus Thessaliciis et Codice Reginiano et in Insulas communitione rebus Hispaniorum Disputationes.

8. Bortz, Georgius Nurnburgo: Principia astronomiae physicae principia animatus lunae una cum explicationibus ejus explicandas necessaria

9. Bünkerus, Chr. Grubus: Unimoderniones de morogenialibus

10. Frind, Augustus Grubius: Observations veris juri argumenti

1783.

11. Grinther, Christianus Augustus: De Cicerone
ex mente Ciceronis
12. Kindius, Dr. Adams Theophilus: De specie literariori
usn et auctoritate. Programma, quo orationem amphi-
alem indicit.
13. Kindius, Dr. Adams Theophilus: Ceterò heritatis
a peripatetis in educatione facta utrumque detractus
satall nec nec?
14. Kindius, Dr. Adams Theophilus: De doce & detracere
hand libera.
15. Pustetianus, Dr. Th. Sm; fac. iur. procuratorius:
(Delinqvunt occatio et an et quantum velutum
ejusque paenam minima &c). Programma, quo sollem-
nia inauguralia Dr. Gen. Ruestoris introit.
16. Pustetianus, Dr. Th. Sm; fac. iur. procuratorius:
(De pupilla a latore ejusne fidei hand duenda ad orationem
r. Marii) Programma, quo sollemnia inauguralia Comiti
Historici Meyeri indicit.



1783.

17. Pultmannus, Th. Th. Sm: Selecta capita de jure
bibliostraceum

18. Pultmannus, Th. Th. Sm: De modis amine in
culpae in feliae

19. Ray, Chislarius: De discriminis inter testa
mentum mortale et testamentum pagani in
hostico conditum.

20. Reriz, Croes, Gallat: De finibus Disciplinarum
Generalis oeconomicae publicae, politiae, politices
et statisticas regundis.

21. Segurus, Th. Theophilus: Bertharius draconius,
sive draconia. - .

22. Segurus, Th. Theophilus: Questiones forenses.
Tyll. 2.

23. Venell, Ristinus Aug. Grotius, Did. phil ex decau
de concordie inquisitor in imperio Romano Germanico
Prograna, quo ad an Rindus nationes in monitione
Harrii Bellici et Syphi invitat.

1783.


24. Winckler, Carolus Gottfridus, ac, fac. ius processus
cellularis: Cratitrium iuri Criminalis XII et XIII.
Programma, quo solennia inaugurations Doctoris Gott-
liebii Zschaefferi indicet.
25. Winckler, Carolus Gottfr.: De iuramento religiosis.
26. Winckler, Carolus Wobbelius: De actione spolii.


17. February 1. In the fields opposite to the
village, a dead and dried willow
had fallen. At the moment it was perfectly
dry. The bark had been removed
and the wood was entirely dry, except
where it had been in contact with
the ground. It was perfectly
dry and brittle, and could be
broken into pieces of any size.
The bark was perfectly dry and
had no taste or smell.
On the ground there were many
small greenish patches, which
at first sight appeared
to be living, but they were
soon found to be dead.

In some cases, the bark was
still living, but the leaves had
been torn off.

In others, the bark was
dead, but the leaves were still

green and living. This
was observed in several cases,
but the bark was always
dead, while the leaves
were still living.





2

MEMORIAM
SILVERSTEINIANAM

DIE XVI. APRILIS CIOIOCCLXXXIII.

HORA IX
IN AUDITORIO ICTORVM
RECOLENDAM
INDICVNT
TRIVM SVPERIORVM FACVLTATVM
DECANI SENIORES
ET
RELIQVI ASSESSORES

PRAEMISSA EX IVRE ANTIQVO
ANIMADVERSIONE IV.



МАЛЮИ
МАЛАИІНГІЛ
ХІАД
ІІІ. АДІОРІО ТОТОРУМ
РЕСІСІНДАМ
ІДІСІКТ
ІІІ. САПІСІОРУМ ТАКАТТАМ
ДЕГҮНІ СІНІОГЕЗ
ІІІ. АССЕСОРІС

АДІАДІСІА ІІІ. АДІАДІСІА
АДІАДІСІА ІІІ.

Cum reprehensionem metueremus, si orationibus, ex di-
verso disciplinarum genere habendis, prolationem, ex
causa aliqua mere forensi, solis iuris cultoribus amabili,
depromtam praemitteremus, haec diligenda visa est ex
Iure antiquo

ANIMADVERSIO III.

De regeneratione libertorum.

Etsi veteres Romani libertatem tanti faciebant, ut eam omnibus rebus anteponerent, planeque aestimari non posse crederent, tamen, si quis ex tristi miseraque seruitute in plenissimam libertatem domini voluntate peruenisset, non tanta, si eius conditionem cum ceterorum ciuium statu consideraveris, felicitate fruebatur, ut maiorem desiderare non posset. Seruitutis, quam passus erat, macula semper adhaerebat, ita, ut liberti ab ingenuorum corpore plane arcerentur, diuersisque iuribus vterentur, quod non solum ea aetate factum, cum servi absque ciuitate manumitterentur, sed etiam iis temporibus, quibus omnes manumissi ciues Romani erant, HEINECC. ant. Iur. L. I. t. 4. et 5. Hinc fiebat, vi in primis sub imperatoribus, apud quos liberti interdum plurimum valebant, variis modis excogitarentur, quibus libertis ingenuorum iura tribui possent, inter quos in primis natalium restitutio eminuit, quae etiam regeneratione, graece παληγένεσια, Nov. 78. c. 1. et 18. c. 11. appellatur.

Natalium restitutio duplex reperitur, quarum una, sub imperatoribus demum orta, principis beneficio dabatur, al-

A 2 tera,



tera, diu ante, et si forte sub alio nomine, cognita, iure postulari poterat, et causa cognita, per iudicis sententiam acquirebatur. Nos praecipue de prima agemus, dicto *regenerationis* vel *παλιγγενεσίας* nomine ab illa altera, de qua nonnisi quaedam inspergemus, distincta, quasi ea donatus nouus homo nascetur.

Haec igitur nostra natalium restitutio beneficium principis erat, quo ex iusta seruitute manumissus e liberto ingenuus fieret, omniaque iura ingenuorum nancisceretur *l. 2. D. de nat. restit. l. 23. C. de nupt. et ll. infra citand.* Ex iusta igitur seruitute manumissus esse debebat, quoniam, qui iniuste seruiuerat, aut adhuc seruebat, non opus habebat imperatoris beneficio, sed ipse ad ingenuitatem proclamabat, *l. 1. D. de collus. deteg.* quod dicebatur re iudicata per sententiam ingenuus pronunciari, *l. 5. et l. 1. D. si ingenuus esse dic.* Et hoc ipsum est alterum quod diximus genus restitutionis natalium, quae antiquis temporibus magis sub nomine vindicationis vel assertionis in libertatem ingenuitatemque cognita fuit, postea vero, quia eiusmodi hominis natales reperiebantur et agnoscebantur *l. 1. D. de collus. deteg. in primis natalium restitutio appellata est, l. 1. D. de nat. restit.* Haec etiam apud PLINIUM *l. X. ep. 71. 72. 77. et 78.* commemoratur, qui Traianum consulit, an θερμοὶ, h. e. ii, qui, cum liberi nati et in pueritia expositi essent, tanquam serui educati fuerant, natalibus suis restitui deberent. Ab hac natalium restituzione sine dubio nomen traxit ea, de qua nos agimus, et de qua, postquam haec scriperamus, etiam b. BREVNIN-
GIVM diff. anno 1755. habita, aut potius I. C. GEBHARDVM quae-
dam

dam conuenientia commentatum esse, reperimus, siue regeneratione. Cum igitur, qui illam nanciscebantur, proprie natalibus rediderentur, h. e. in eam conditionem restituerentur, in qua nati fuerant, evenit, vt eadem appellatio ad omnem ingenuitatis concessionem transferretur, fingereturque nouum natalium genus, quibus restitu possent, qui non in libertate, sed in seruitute nati essent. Dicebantur igitur restitui natalibus iis, in quibus omnes homines nascerentur. Sic enim diserte Marcianus ait *I. 2. D. de natal. rest.* *Illis utique natalibus restituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse nascitur, cum serius natus esset.* Cum enim hominibus a natura indita sit libertatis cupido, vnde et servi dominorum potestati contra naturam subiecti esse dicuntur, *§. 2. I. de iure person.* cumque initio generis humani de seruitute nec auditum esset quicquam nec cogitatum, concinnius aptiusque verbum reperiri non posse videbatur, quam si, qui servi nati essent, conditioni, ipsis quasi a natura debitate, reddi dicerentur, ei nempe, in qua natura omnes homines nasci voluisset, vel regenerarentur.

Haec natalium restitutio propria erat libertorum, ita, vt tunc demum, postquam dominus seruum suum libertate donasset, ipsi natalium restitutio peti possit, et gradus essent beneficiorum, primus libertatis, cui mox alter, ingenuitatis dignitas adderetur. In quo iterum ab illa altera differebat, ad quam, qui adhuc seruiebat, prouocabat *I. 1. D. de collus. deteg.* nullo libertinitatis statu interiecto. Nam etsi *MODESTINVS I. vlt. §. 1. D. de restit. nat.* de macula seruitutis per regenerationem deleta loquitur, tamen verba mox antecedentia

dentia ostendunt, eum non maculam seruitutis praesentis, sed
eam, in qua olim libertus fuerat, innuere.

Iam, si in regenerationis originem et auctorem inquirimus, nihil, nisi quod incertum sit atque obscurum, deprehendemus, adeo, ut sub quo imperatore orta sit, definire nullo modo possimus. Attamen hoc mihi probabile videtur, eam sub iis imperatoribus, qui Antoninos proxime antecedebant, ortam fuisse. Quodsi enim ad eos ICtos attendimus, qui eius in Digestis mentionem faciunt, reperiemus quidem, eorum antiquissimum Q. Ceruidium Scaeuelam esse, quem M. Antonino a consilio fuisse, ex Iulio Capitolino, *vita M. Antonini cap. 2.* constat. Neque tamen Scaeuelae temporibus natalium restitutio videtur res recens inuenta fuisse. Cum enim ille consulitur, an natalibus restitutus, ingenuus fiat, respondebat, hanc rem nec dubitationem habere, nec unquam habuisse, *l. 3. D. de nat. refl.* Ex quo facile appetet, eam ante Scaeuelam iam in usu fuisse. Sed forte sunt, qui, quoniam VLPIANVS ac PAVLVS seu, ut HEINECIVS *l. c. L. II. c. 22.* §. 3. corrigit, solus Vlpianus in libro ad Legem Iuliam et Papiam Poppaeam mentionem iniciat *l. 4. 5.* et *6. D. de iure aur. annul.* cum juris aureorum annulorum, cum restitutionis natalium, exinde colligant, hanc ista quoque lege commemoratam, adeoque Augusti temporibus iam in confuetudine fuisse. At nobis hoc argumentum valde lubricum videtur, potius credendum, cum in legis Papiae Poppeae capite primo et secundo ingenuis, praeter senatores eorumque liberos, libertinas uxores ducere permisum esset,

HEINECC.



HEINECC. ad leg. Papiam Popp. L. I. c. 5. et L. II. c. 1. ICtum, in istam legem commentatum super hac simul quaestione egisse, an natalibus restituti vel iure aureorum annulorum donati ad perfecte ingenuos referri debeant, ac num eiusmodi ingenitus non natis, sed factis ex lege Papia connubium sit cum senatoribus; vnde saepe laudatus HEINECCIVS recte egit; quod istius legis aliquod capitulum de hac re non faceret.

Quodsi vero, quisnam hoc ius habuerit libertorum regenerandorum, quaeramus, eum nullum alium fuisse. deprehendimus, quam ipsum imperatorem, vel principem. Quemadmodum enim principes omni tempore partem potestatis sua putarunt, existimationis maculam abstergere, vnde et iure nostro liberis illegitimis legitimorum iura tribuere, et infamia notatos in integrum restituere, ipsis liberum relictum, LYNCKER de restit. famae: ita et tunc soli imperatores ingenuitatis iura concedebant, atque natalium restitutionem pertentibus tribuebant. Sic VLPIANVS l. 10. §. 1. de in ius voc. Natalibus restitutum princeps ingenuum facit, ac MODESTINVS diserte dicit l. 5. D. de restit. natal. libertum debere ab imperatore natalibus suis restitui, quocum etiam MARCIANVS l. 2. eod. conspirat, SCAEVOLA vero l. 3. D. eod. clarius, quam ut dubitari possit, ait: *Quaeris, an ingenuitatis iure vtatur is, quem sanctissimus atque nobilissimus Imperator natalibus suis restituit, sed ea res nec dubitationem habet, nec unquam habuit, quam exploratum fit, ad omnem ingenuitatis statum restitui eum, qui isto beneficio principis vtatur.* Videntur tamen post haec aliquando sub Diocletiano et Maximiano Herculio magistratus municipales hoc

ius,

VII

ius, quod imperatores suo beneficio seruauerant, ad se rapere contendisse, et ipsi quoque libertis regenerationem dare voluisse; quae res fecit, ut illi Imperatores ad Philadelphum (sine dubio praefectum vrbi) rescriberent, natales antiquos et ius ingenuitatis non ordinem praestare decurionum, sed ab ipsis imperatoribus peti debere, l. 1. C. de iur. aur. annul.

Non autem putandum est, natalium restitutionem meram solennitatem aut formulam fuisse. Imo vero varios effectus producebat, inter quos hic omnium maximus fuit, et in quo tota ea res versaretur, quod iura ingenuitatis, quid? ipsam ingenuitatem tribueret. Etenim, quemadmodum neminem latet, magnum olim inter ingenuos et libertinos fuisse discrimen, et fere nulla inter eos vitae ciuilis communio, NECC. ant. iur. L. I. t. 4. et 5. ita nunc sapienti consilio factum, ut per hanc ex libertinitate in ingenuitatem transmutationem, et quasi regenerationem iura ingenuorum cum libertinis, cum utriusque ciues Romani essent, communicarentur. De qua re quamvis dubitari non possit, in primis loco SCAEVOLAE l. 3. D. de restit. natal. saepius allegati, ac VLPIANI l. 10. D. de in ius voc. in memoriam reuocato, simulque ipsis imperatori- bus DIOCLETIANO ET HERCVLIO l. 2. C. de iur. aur. annul. ipsoque IVSTINIANO l. 3. C. de bon. libert. auctoribus, ta- men magis illustrandi quam confirmandi gratia, adhuc MAR- CIANVM l. 2. D. eod. audiamus, qui: *Natalibus, inquit, restitu- tus quantum ad totum ius pertinet, perinde habetur atque si ingenuus natus est, ac aliquoties iam nominatum MODESTINVN l. vlt. §. 1. D. eod. Libertinus, qui natalibus restitutus est, perinde habe-*

tur,



tur, atque si ingenuus factus, medio tempore seruitutis maculam non sustinuisset. Igitur pertinet ad fictiones iuris, quae pro veritate habentur. Quo loco dissensio inter utrumque I^Cl^um notanda, quorum ille fingebat, eum, qui restitutionem natalium accepérat, ingenuum natum, hunc eum tantummodo factum esse, vnde **MODESTINVS** medium aliquod tempus constituit inter natuitatem et impetratam palingenesiam, quo demum illa fictio se exsereret. At **MARCIANVS** accuratius loqui videtur. Quodsi enim medium illud tempus, quo **MODESTINVS** fingendum dicit, quasi libertinus non seruierit, de nullo alio intelligi potest, quam de eo, quod inter natuitatem ac natalium restitutionem interieclum esset, (nam eo, quod inter manumissionem ac palingenesiam intercedebat, libertini tanquam liberi facti, per se non seruiebant) eo ipso sequitur, pro eo haberi, ac si ab ipso natuitatis tempore in seruitute non fuissent, hoc est, beneficium libertatis et ingenuitatis ad natuitatis retrahendam esse, quod aliquam efficaciam quoad liberos medio illo tempore natos habere poterat. Idem etiam Imp. **IVSTINIANVS** confirmat, qui *l. 23. §. 1. C. de nupt.* hoc beneficio donatos ita degere dicit, quasi nunquam seruissent, sed ingenui nati essent.

Cum itaque libertinos per natalium restitutionem ingenui fierent, quomodo adhuc dubitare possumus, eos omnia simul iura accepisse, quae cum ingenuitate coniuncta erant? Vnde efficitur, eos potuisse non solum in legionibus militare, cultique ingenuorum incedere, sed etiam mancipacionum ominaque reliqua cum^{*} publica tum

priuata iura habuisse, quae cum ciuitate Romana ingenui coniuncta erant.

Inter natalium libertis restitutorum effectus etiam hic singularis erat, qui intuitu patronorum producebatur. Etenim, quoniam hoc apud Romanos receptum erat, ut liberti tantum, non autem ingenui, patronos haberent, facile patet, in natalium restitutione ius omne patronatus periiisse atque extinctum fuisse, id quod IVSTINIANVS et MODESTINVS diserte affirman. Quorum ille *l. 8. C. de bon. lib.* In natalium restitutione omne ius patronatus tollitur, hic autem *l. 5. pr. D. de nat. rest.* Ius patroni, impetrata natalium restitutione amittitur; ita ut nec reuerentiam ipsi amplius debent, *l. 10. §. 3. D. de in ius voc.* Hinc, quia in liberti natalium restitutione res patroni versari videbatur, introductum erat, ut nullus libertus hoc imperatoris beneficio donari posset, nisi aut ipse patronus aut eius filius consentiret, *l. 5. pr. l. 2. D. eod.*; quod tamen principes non semper adeo religiose seruasse videntur, vt se nunquam sine patronorum consensu tale beneficium largiri posse existimauerint. Cum enim MARCIANVS dicat *l. 2. D. eod.* Imperatores non facile solere quemquam natalibus restituere, nisi consentiente patrono, statim intelligitur, interdum tamen vel factum fuisse, vel fieri confuseuisse, ut liberti inuitis patronis hoc beneficio ornarentur.

Ex hoc per regenerationem libertorum extincto iure patronatus denuo varia fluunt. Primo constat, patronos inter eos fuisse, quos praetor in ius vocari vetuit. Quoniam ita-

que



que natalibus restitutus nullum amplius patronum agnosceret, hinc siebat, ut eum, quem antea tanquam patronum coluerat, post ingenuitatis statum acceptum in ius vocare posset, *l. 10. §. 3. D. in ius voc.* Porro non opus est, monere, olim patronis in bona libertorum hoc ius fuisse, ut his sine heredibus suis decedentibus, in eorum bona succederent, vel in testamento praeteriti a praetore bonorum possessionem acciperent, vnde, qui multos locupletes libertos habebat, ipse locuples videbatur. Iam vero patronus et hoc ius liberto natalibus restituto amittebat, ut neque ab intestato decedenti succedere, *l. 2. D. de nat. restit.*, nec contra tabulas bonorum possessionem impetrare valeret, *l. 3. §. 1. D. de bon. libert.* Nec etiam vlli dubitamus, sic ingenuos factos etiam ab operibus alimentisque a libertis patrono praestans liberatos esse.

Ceterum non liberti solum, sed et libertae natalibus restituebantur. Quod, et si forte per se intelligi poterat, tamen VLPIANVS id dignum putauit, quod diligenter memoriae proderetur, dum, *Etiam feminae*, inquit *l. 4. D. de iure aur. annul.*, *ius annulorum aureorum impetrare possunt, et iura ingenuitatis impetrare, et natalibus restitui poterunt.* Ad quem locum, non possum non animaduertere, DIONYSIVM GOTHOFREDVM monere, alterum rō et non esse coniunctū, sed disiunctū accipendum, quoniam natalibus restitui et iura ingenuitatis accipere, vnum idemque sit. Mīhi vero non necesse videtur, particulae et hanc disiungendi vim attribuere, in primis, cum non solum restitutio natalium, sed etiam ius aureorum annulorum ingenuitatis iura concedat. Potuis VLPIANVS tres diuersos modos ingenuitatis consequendae indicare videtur,

nempe *primo* ius aureorum annulorum, *deinde*, quando quis in libertate natus, sententia iudicis ingenuus prouuntiatur de qua re supra diximus, et *denique* hanc nostram natalium restitutionem.

Tandem et hic non minimus effectus restitutionis natalium fuit, quod liberi, eo beneficio donati, interdum per id heredes sui fuerint. Si quis enim v. g., quod factum IUSTINIANVS proponit *Nov. 18. c. 11.*, ex serua sua liberos procreasset, deinde vero eam manumissam vxorem duxisset, ipsique cum liberis natalium restitutionem impetrasset, eo ipso non solum illa vxor legitima siebat, sed et filii in potestate parentis constituebantur, heredesque sui facti, ipsi ab intestato succedebant. Nam soli ingenui iura suorum heredum habebant, monente GOTHIOPREDO ad d. *Nov. 1. c. ac docente VLPIANO 1. 1. §. 1. D. de suis et legit.* ita, ut nonnisi impropre liberinis heredes sui esse iure nostro dicantur.

Hoc autem aliquid singulare habet, quod, si quis natus esset ex libera et seruo, deinde vero eius pater manumissus natalium restitutionem et praeter hanc aliquem honorem adeptus esset, iste honor non prodebet filio, ante restitutionem natalium genito, *l. 6. C. eod.*; cuius rei rationem nos assequi non posse, ingenui fatemur.

Natalium restitutio cum iure aureorum annulorum multa communia habebat, vnde, sicut in Digestis titulis proxime sequentibus, ita in Codice Iustinianeo uno eodemque de vtraque re agitur. Nam quemadmodum natalium restitutio, ita et annulorum aureorum ius cum ingenuitatis iura tribuebat *l. 6. D. de iure aur. annul.*, tum a principe dabatur *l. 1. pr.*

D.

D. eod. l. 2. c. eod., item neque ignorantibus aut iniitis patronis concedebatur *l. 3. D. eod.* Denique ad hoc beneficium etiam feminae admittabantur *l. 4. D. eod. cf. l. 10. §. 1. de in ius voc. l. 1. G. RICHTERI diff. de lege Visellia, cap. 3. et BVRMANN. de iur. aur. annul.*

Nihilominus tamen etiam haud paruum discriminis inter utramque rem fuisse deprehenditur, ita tamen, ut plus esset in natalium restituzione, quam in iure aureorum annulorum, illudque beneficium hoc uberiorius videretur fructuofusque. Primo aureorum annulorum concessio aliquam quidem speciem ingenuitatis dabat, vel eius iura largiebatur, ita, ut eo beneficio ornatus pro ingenuo haberetur, at restitutio natalium ipsam ingenuitatem tribuebat, et ex libertinis ipsos ingenuos faciebat. Id manifestum est ex rescripto imperatorum Diocletiani et Maximiani *l. 2. C. eod. l. vn. C. ad L. Visell.*: *Aureorum usus annulorum, beneficio principali tributus, libertinis (sic enim sine dubio, non libertinitatis legendum) quoad viuunt, imaginem non statum ingenuitatis praeflat: natalibus autem antiquis restituti liberti ingenui nostro constituantur beneficio, cf. OISEL. ad Caui Inst. L. 1. t. 1. p. 6., unde eleganter VLPIANVS l. 3. pr. D. de bon. libert. dicit, ius aureorum annulorum consecutum viuere quasi ingenuum, mori quasi libertum. Hinc iure aureorum annulorum donatus tantum ut ingenuus haberi *l. 5. D. de iure aur. annul.*, et ingenuus intelligi *l. 6. D. eod.* dicitur, natalibus autem restitutus ingenuus fieri et ipsam ingenuitatem accipere *l. 10. D. de in ius voc. l. 2. C. de iure aur. ann. l. 3. C. de bon. lib.* Deinde et eo natalium restitutio praestabat iure aureorum annulorum, quod per*

XIV

illam ius patronatus extingueretur, in hoc autem saluum maneret, id, quod idem VLPIANVS *l. vlt. D. de iure aur. ann.* ex rescripto HADRIANI verum esse, diserte dicit. Inde fluebat cum hoc, quod iura aureorum annulorum adeptus patrono reuerentiam exhibere deberet, et ob hoc ipsum eum in ius vocare non posset *l. 10. §. 3. D. in ius voc.*; regeneratione autem donatus id posset, tum illud, quod patronus isti, deficientibus liberis, aut ab intestato succederet *l. 5. D. de iur. aur. annul.*, aut contra eius tabulas bonorum possessionem impetraret *l. 3. pr. D. de bon. lib.*, quod quoad natalibus restitutum, omni per palingenesiam nexus inter patronum ac olim libertum sublatu, fecus erat.

Haec ita vsque ad IVSTINIANI tempora mansere, qui in hoc mustaceo aliquam gloriolam quaerens, si orbem ingenuis hominibus impleret *l. 3. C. cod.*, omne, quod inter ingenuos et libertinos ad hoc tempus intercesserat, discriminis sustulit, simulque cum eo et ius aureorum annulorum et restitucionem natalium abrogauit. Lata enim A. C. DXXXIX., sub Apionis (non Arionis, vt vulgo legitur) consulatu, lege, quae inter eius Nouellas LXXVIII. est, preecepit, vt in posterum non opus esset libertis, restitucionem natalium a principe postulare, verum vt ipsa ingenuitas cum omni manumissione coniuncta esset ac copulata, aut si maius, imperator, ne omnis antiqua fictio interiret, simulabat, libertate donatum eo ipso et ius aureorum annulorum, et regenerationis accipere, quippe quae omnia, vt dicit, in posterum libertatis virtute sint sicutura, omni nunc differentia inter libertinitatis ac ingenuitatis statum sublata. Quod quanquam non inficias imus

IVSTI-



IVSTINIANVM in utilitatem reipublicae sic constituisse, tamen
 an hac lege sua restitutorum conditionem omnino meliorem
 effecerit, eo magis dubitari posset, quo magis imperator illud
 $\pi\alpha\zeta\alpha\delta\omega\zeta\nu$, quod antea nonnisi in iure annulorum aureorum
 cernebatur, scilicet, ingenuum censeri et tamen patrono ob-
 noxiuum esse, nunc etiam ad regenerationem referret, ac do-
 natoribus libertatum omnia patronatus iura, non obstante in-
 genuitate redderet, generalibus usus verbis dicitur. Nov. c. 2.
Vt nihil post hanc legem laedantur patronatus iura. At vero salua
 res est. Etenim imperator non totum ius patronatus reddi-
 dit, quod cum plena ingenuitate persistere nulla ratione
 potest, sed ex tota hac lege apparat, Iustinianum in primis id
 egisse, ut ingratitudinem libertorum, nunc ingenuorum, erga
 suos olim patronos reprimeret, vnde in toto hoc
 Nouellae capite secundo nonnisi eos admonet, ut dominis
 olim suis, quibus libertatem, et cum ea simul noua lege in-
 genuitatem adeoque integrum fortunam deberent, tanquam
 parentibus suis ciuilibus, obsequium et reuerentiam seruarent
 antiquis legibus praescriptam, eo magis quoque abstinerent
 ab iniuriis vel adeo manibus inferendis, ac insidiis struendis,
 addita poena, alias eos in pristinum statum esse recasuros.
 Verba *reuerentiam* et *obsequium* indicare videntur, veteres
 patronos post legem nouam ab antiquis libertis, praeter
 decentem obseruantiam ac operas, quas officiales appellare so-
 lemus, forte etiam alimenta in paupertate praestanda, nihil
 exigere potuisse, adeoque post hanc nouam legem patronos
 quidem in tantum mansisse, at quoad successionem et reli-
 quas iuris patronatus particulas, nullum superfluisse esse clam.

Quod


Quod autem dicit, omnem adeo a patronis nexum in manumissione remitti posse, id nihil noui erat, sed antiquis temporibus saepissime siebat *l. 3. C. de bon. libert.*

At nunc, vt quotannis solet, praedicanda est liberalitas Viri generosissimi RUDOLPHI FERDINANDI, L. B. DE SILVERSTEIN et PILICKAV, qui eximio erga bonas litteras et studia amore ductus, eorum cultores tantis beneficiis ornauit, vt dignus sit, cui et mortuo gratiae publice dicantur. Id nunc breuiter facient proximo die Mercurii in nostro auditorio, sequentes, theologiae, iurisprudentiae ac medicinae studiosi, nempe GOTTLLOB FRIDERICVS GRIESBACH, Penicencis Misnicus, *de iusto beneficiorum fine,* FRANCISCVS CAROLVS HVMBORG, Silesius, *de eloquentia cum iurisprudentia coniungenda,* CAROLVS SAMVEL HILDEBRAND, Silesius, *de medicina veterinaria non negligenda* acturi.

Vt igitur RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, CELSISSIMI PRINCIPES, ILLVSTRISSIMI COMITES ET VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES, et tandem, qui in hac Vniuersitate versantur, RERVM DIVINARVM HUMANARVMQVE STUDIOSSI vel in vniuersum rei litterariae, vel memoriae Siluersteinianae, vel nostra, vel oratorum denique causa, frequenter conueniant, ac id, quod agitur, sua praefentia ornent, omni obseruantia rogamus atque contendimus. Scrib. Domin. Misericordias Domini anno CCCCCCLXXXIII.



EX OFFICINA SAALBACHIA.



ULB Halle
002 802 503

3




56.

vol 18







2
1783, 2.
MEMORIAM
SILVERSTEINIANAM
DIE XVI. APRILIS CICICCLXXXIII.
HORA IX
IN AVDITORIO ICTORVM
RECOLENDAM
INDICVNT
TRIVM SVPERIORVM FACVLTATVM
DECANI SENIORES
ET
RELIQVI ASSESSORES

PRAEMISSA EX IVRE ANTIQVO
ANIMADVERSIONE IV.